Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26062
Copyright: Admont, Benediktinerstift

bus collocauerit. Et statim ab eodem Calcas impetrato silentio in com audientia p
dictorum. Dixit hec uerba. O nobilissimi reges. Duces et Principes qui in presentis con
gregationis ordine uicti estis. Nonne fuit uestra principalis intentio contra Troianos publicos
hostes uestros arma capescere qui sub tanto fauore ab eis commisso contra se uestrarum uirtutum
potentias excitauit. Cur ergo ceptis moras anectitis cum semper nocuit differre paratis.
Nonne creditis aut putatis reges principum inter uos exploratores suos non habere furtiue
qui per eorum uicarios singula de uestra desidia nunciauerunt illi. Nichil est aliud cum ita pigre
quam ei competentia indulgere spatia libertatis. Ut per eum quesita presidiis cumulet et se cotidie
multa subsidia concreuerit cum tanti temporis sint iam exacta curricula quod in potenti manu
debueritis iam inuadere regnum eius. Nonne presentis estatis plures euoluti sunt menses in
quibus nauigationis tempus uobis se dedit acceptum cum omnia placata sint maria que in
nauigare uolentibus blandiuntur et dulci sibilio zephiri aspirantes per equoreas pla
nities nauigare uolentes indulcedine temporis et serenitatis inuitant. Cur iam
in estatis estu utinam non estuat animus per maria dissilire. Ut dulcis nauigationis
aura potiti felici remige nostrorum hostium preueniatis ad horas ut eorum aures fama
perueniat de uestra sollicitudine curiosa. et non ut de uestra morosa desidia gaudeant per
quam in tantum uestra desideria protelantur. Nunquid in uobis frustatoria creditis promissa deorum
qui forte propter uitium ingratitudinis possunt in contrarium commutari. Rumpite ergo mo
ras uestras. Soluite naues et uela earum eleuetis in altum. Ut festinantius contra hostes
uestros diis fauentibus uentis etiam omnimode maturetis. Ut ad promissa deorum uelocitate
feliciter pergatis. Et sic uerbis suis idem Calcas tacitus finem fecit. Verbis igitur
Calcas ab omnibus intellectis dum omnes concorditer probauit. Probant illa Agamenon statim
mandauit ut uniuersi de exercitu per tubecte sonitum moueant quod illico naues
ascendunt ab atenarum portu feliciter discessuri nec mora audito tubecte sonitu uniuersi
naues ascendunt. Nodatas funes exoluunt quibus erant naues ipse firmiter
colligate et amari subductis anchoris et receptis in aere uela erigunt que dum
uentorum spiramina imbiberunt et excedunt alto pelago se committunt. Nondum dum est se prima
nis spatia nauigando per quindecim stadia elongauerant a partibus atenarum. Cum subito in
serenus aer qui nauigantibus uidebatur celis obduratur nubibus noctem facticiam in
ducendo. Quare mugit aer tonitruorum crebrorum et crebre coruscationes noctem
facticiam repentinis sine fulgoribus conuertunt in diem et excolatis nubibus in menese
pluuie defunduntur. Cuius rei causa exasperatis uentis tumefacta maria montuosas se
erigunt impellas. Quare nauigantes ipsos maximus timor et timor inuadit et
dum se uideant in mortis discrimine constitutos. Sed ille Calcas troianus antis
tes fratis sine excogitationibus ut erat peritus in eis dixit se causam patere tante et
cladis. Dixit est Dianam deam iracundia multa commotam pro eo quod de recessu nostro ate
narum portu est sacrificium oblatum non exstiterat auolentibus prefata. Suasit ergo A
gamenon regi ut omnes naues in aulidem siluam flexis uelis incontinenti diuertant
ubi in templo quo colitur predicta Diana ipse Agamenon sacrificium ipsi dee offerant.

No. n ē morosū necte debē.